



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Compendium Qvæstionvm Regvlarivm R. admodum P.
Emanuelis Roderici Lusitani, S. T. Lectoris Prou. S. Iacobi
Reg. Obseru. Ordin. Mino. Diffinitoris**

Rodrigues, Manuel

Lvgdvni, 1621

Appellare.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41743

in exactione decimarum, & primitiarum. *tom. 2. quest. 75. art. 1.*

Olim fuit permiffum ab *Alexand. VI. & Urbano V.* Regularibus erigere Altaria in fuis grangiis, cellariis & infirmariis ad celebrandum, & diuina peragenda: fed *Conc. Trid.* Epifcopis mandat, vt non permittant Miffam celebrari *extra Ecclefiam*, in domibus priuatis, per quod non intelliguntur Oratoria, Capella, Altaria portatilia, in grangiis vel infirmariis Monafteriorum, cum non fint omnino *extra Ecclefiam*: nam veniunt intelligenda nomine *Ecclefia. ibidem.*

APPELLARE.

FRatres mendicantes fub pœna Excommunicationis prohibentur à *Iulio II.* appellare: quod intellige feruatis ftatutis Ordinis cum debita maturitate & deliberatione: nam fi Superior malè procedat, aut excedat modum correctionis, permiffum eft eis iure naturali, cui non contradicit Canonicum: & fi diffugium appellationis eis effret interclufum, licitum effret vti remedio
de

APOSTASIA. 27

defensionis, quæ est quædam species appellationis, & est iuris naturalis, quia non debent esse peioris conditionis quam alij, nec hoc derogat statui perfectionis eorum, si fiat religioso modo differenter à sæcularibus, vt dicitur in iure. *tom. I. quæst. 29. art. 2.*

Gregorius XIII. sub excommunicatione Papali prohibuit Fratribus ne ad sæcularia Tribunalia appellent, sed ad Suos Superiores gradatim vsque ad Papam, & hoc non est prohibitum per *Conc. Trid.* sed tantum ne Religiosus ad maiorem Superiorem recurrat, nisi ab eo vocetur, aut à minore licentiam obtineat. *art. 3.*

APOSTASIA.

Vide Claustrum.

Solet triplex assignari apostasia, à fide efficiens hæreticum, ab obedientia Ecclesiæ efficiens schismaticum, & à religione seu Ordine. Ultima requirit egressum à Conuentu cum dimissione habitus ad semper; ac proinde è Monasterio egressus etiam dimisso habitu, vel